



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

uide d. Decii. in c. de quo uult Deo nu. 42. de iudit. & co.

REGULA XXXIX.

Iudex habens consimilem causam, cum illa in qua iudicare potest de iure recusari. glo. est, & ibi Abb. causamque. il secundo de iudit. Ratio est, quia praesertim taliter iudicare in causa illa, pro ut uellet in sua causa iudicari, & ob id ut suspectus recusari potest Ita Martini in tract. de ord. proced. in uers. de appella. nu. 46. & in nostro est. l. in hac materia. Bal. consi. 26. nu. 6. uolunt. all. l. Iulianus. la. ij. ff. de iudit. & c. suborta §. fin. de re iud. & l. penult. ff. de arbit. Felin. in c. personas. nu. 1. de re iud.

Fallit quando similitudo causae non est ad omnia circumstantias, & simile dicitur quod est. Idem formaliter, & in eo quo agitur; secundum sub. Decium in c. translato nu. 2. de constit. & c. ex epistolae nu. 125. de probat. & quod causa iudicanda sit eiusdem iuris & conditionis. & terminus alius causae sint pares & equales, aliter non erit simile. secundum Deci. in d. c. translato. nu. 24. & 25. Alleg. l. qui liberis, in princ. ff. de uulgar. & pupp. & Innocentius dilectus. de capel. monach. in princ. & doct. in l. quotiens. ff. de deposit. quod tu tene menti.

REGULA XL.

Iudex in sententia an teneatur exprimere causam, tene quod non. per c. sicut. & c. cum Bertoldus de re iud. Imol. in l. si is ad quem. ff. de acqui. heredit. Soc. reg. ubi ponit 16. fallent. Ratio, quia aperit uiam foris in pronuntianda sententiae, nisi addiciat dictionem maxime. secundum Panor. in c. ex parte de consi. praebendae.

Amplia. d. regulam ut non solum iudex non teneatur exprimere causam in sententia diffinitiva, sed nec etiam interlocutoria, quia quo ad hoc censetur esse idem iudex. Fallit.

Fallit quando ex sententia producerentur diversi effectus: tunc iudex debet causam exprimere ad hoc ut non noceat sententia: nisi quo ad effectum quem iudex producere intendit, ita Soc. in l. si a te. nu. 3. ff. de rei iudic.

Fallit quando iudex in iudicando recedit a juris dispositione, quia tunc causam exprimere tenetur, secundum Old. consi. 325. & Rom. consi. 483. dubitatur. col. penult. Bol. in rep. l. quid ergo. §. poena grauior. col. 2. Deci. in c. consuluir col. 2. nu. 13 & 14. de appellat. consi. 8. in princ. Item Roma. consi. 499. in premissa consult. col. i.

Fallit etiam quando iudicaretur super aliquo notorio, quia tunc esset necessarium causam exprimere. secundum Felin. in c. 1. de re iudic. Innoc. & But. in c. ult. col. ult. de libel. obla. Corset. sing. in uersu. sententia. la 7. in sing. suis.

Fallit quando sententia fertur uigore contumaciae, quia condemnatus in absentia praesumitur condemnatus propter contumaciam. l. si ideo. ff. de euct. & sic Bal. in l. penult. col. penult. C. de const. pecu. & in auct. qui semel. col. penult. C. quomodo & quando iudex tenet, q. absentia habetur pro causa in condemnationibus per contumaciam seu sententiis latis, q. tu nota, & tene menti.

REGULA XLI.

Iudex ex causa potest poenam minuere, mutare, & remittere. ut est tex. cum glo. in l. & si feuerior. ibi certis causis. C. ex quibus causis infa. Bar. & doct. in l. hodie. ff. de pen. Bal. consi. 34. nu. 2. in fin. uol. i. & can. in c. quoniam frequenter. §. ult. ut lit. non contest. & l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de ijs qui not. infa. & ibi Bar. & Bal. & glo. Rom. consi. 429. incip. considero in proposita consulatione.

Amplia. d. reg. ut non solum in poenis a lege, sed etiam a consuetudine quoque introductis, ut scilicet ab illis liceat ex causa recedere. ut glos. not. in d. l. hodie, in uersu. ratione. ff. de pen. Panor. in c. de causis. in fine. & ibi Deci. col. penult. nu. 95. de offi. delegat. Felin. in c. inquisitionis. col. 5. super uersu. alioquin. de accusat.

E 2 I Fallit

